



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Maximi Tyrii Dissertationes

Maximus <Tyrius>

Lipsiae, 1775

XXIX. 13. Vtri in republica vtiliores sint, milites, an agricolae. Et primo pro militibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51022)

## ΛΟΓΟΣ ΚΘ΄.

Τίνες λυσιτελέστεροι πόλει, οἱ προπολεμῶντες, ἢ οἱ γεωργῶντες. Ὅτι οἱ προπολεμῶντες.

**Ε**χεις εἰπεῖν, τίνας <sup>a</sup> ὀνομάζει Ὅμηρος ἐν τοῖς ἔπεσι διογενεῖς, καὶ θεοῖς εἰκέλους, καὶ λαῶν ποιμένας, καὶ ἄλλα, ὅσα ποιητὴν εἰκὸς ἀποσεμνύοντα τοῖς ὀνόμασι ἀρετὴν ἀνδρός; Ἄρα τὸς ἐπὶ σιαπάνῃ καὶ αὐλακίᾳ πρὸς τῆ γῆ διαπονεμένους, δεινὸς ἀρχῆν, ἀγαθὸς φυτεύειν, ἐν ἀμύτῳ δεξιῶς, ἐν ὄρχάτῳ φιλοπόνους; Ἡ τρίτων μὲν εἰδὲ τὴν ἀρχὴν ἠξίωσεν καταμίξαι τὰ ἔργα τῆ αὐτῆ ᾠδῆς, ὅτι μὴ νησιώτῃ γέροντι ἀναθεῖς αὐτὰ, ἐκπεπρωκότι τῆς ἀρχῆς ὑπὸ ὑβριστῶν νέων, ἐν

## DISSERT. XXIX.

*Viri in republica utiliores sint, milites, an agricolae.  
Et primo pro miliibus.*

Possisne dicere, qui sint illi, quos Homerus in poësi sua Ioue genitos, diis similes, pastoresque populorum vocat; ut alia omittam nomina, quibus in extollenda alicuius virtute uti solent poëtae? Eosne, qui terram stiva et ligone exercent, qui arare, qui plantare, qui messem colligere, vitem ordinare eleganter possunt? An potius has similesque curas ne leuiter quidem in libris suis attingere dignatus est; nisi quatenus insulanum senem, qui a contumeliosis aliquot iuuenibus regno suo eiectus erat, introducit, quem

andrum in Explic. Tabulae Solaris p 18.

Ibid. ἀκρατώτερον τῆς τῶν σωμάτων συμμετρίας.] Dubitavi, an scribendum esset κραταιότερον, vel ἀκρισιότερον, ex Luciano De Dipsad. p. 482. ὁ ἥλιος — ἀκρισιότερον τὴν αὐτῆνα προσβαλὼν, sed nihil mutandum esse video ex Suida, in V. ἄκρατος ἥλιος ἄκλιος, vehemens solis radius. ἀκρατώτερον est potentioorem, validiorem; cui cedit corporis humani compositio. inde alii

*in cognominatum Apollinem putant ὃς ἀπολλύντα τὰ ζῷα. exanimat enim et perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit: verba sunt Macrobiani, Saturnal. I, 17. vbi vide plura ad hanc rem. Ita quoque fumenda forte haec vox apud Longinum περὶ ῥψ. sect. IX. M.*

## Sectio 4.

<sup>a</sup> Ἐχεις εἰπεῖν, τίνας etc.] Eadem sententia et Verbis incipit Dissertatio VI. M.

γενῶ οἰνοπέδῃ ἀλωῆς ἐπὶ φύλλων χαμαὶ βεβλημένων  
 ὥρα θέρους ἀναπαυομένων<sup>b</sup>. Οἱ δὲ μακάριοι αὐτῶ ἀν-  
 δρες<sup>c</sup>, ὅς ἐκεῖνος ἐπαυῶν χαίρει, ἕτεροὶ εἰσὶν ἐξ ἑτέρων  
 ἐπιτηδευμάτων καὶ ἔργων ἢ Ἀχιλλεὺς διώκων, ἢ Αἴας  
 μονομαχῶν, ἢ Τεῦκρος τοξεύων, ἢ Διομήδης ἀριστεύων,  
 ἢ τις ἄλλος τῶν δειῶν τὰ ἀριστευτικά. Μετὰ δὲ αὐτῶ  
 τὰ ἔπη ἀσπίδων μεγάλων, καὶ κορύθων Φαιεῶν, καὶ  
 δορᾶτων μακρῶν, καὶ ἀρμάτων καλῶν, καὶ ἵππων θεόν-  
 των, καὶ ἀγαθῶν κλεινόντων, καὶ δειλῶν κλεινομένων.  
 Τὸν μὲν γὰρ Ἀγαμέμνονα αὐτὸν τὸν τῶν Πανελλήνων  
 βασιλέα ἂν ἔσχεν ἑτέρως ἐπαυέσαι, ἢ τὸν αἰχμητὴν  
 προσθεὶς τῷ βασιλεῖ, ὡς μόνον δὲ τῆτο ἔργον ἀρχικώ-  
 τατον καὶ Φησιν, ὅτι ἦν Ἀγαμέμνων ἀμφοτέρων, βασι-

*in vitiferae procul ubere terrae*

humi in frondibus decumbere, aestiuoque tempore quie-  
 scere fecit? At vero quos beatos putat, quos commendare solet  
 Homerus, alii certe sunt, alia sunt eorum opera, alia studia.  
 Qualis Achilles est, cum hostem insequitur; aut Ajax, cum  
 singulari certamine congreditur; Teucer, cum sagittis, Diome-  
 des, cum animi virtute excellit; aut si quis alius, qui strenue  
 rem gerit. Nihil enim in toto eius opere audis, quam magnos  
 clypeos, splendidas galeas, longas hastas, pulchros currus, equos  
 currentes, et, ut verbo absoluam, viros fortes, qui maectant, timi-  
 dos, qui maectantur. Quid, quod ipsum Agamemnonem, com-  
 mune omnium Graecorum principem, laudare non potuerit ali-  
 ter, quam ut bellatorem simul eum regemque dicat, quasi hoc ma-  
 xime dignum sit imperio? utrumque enim facit Agamemnonem,

<sup>b</sup> Ἐν γενῶ οἰνοπέδῃ ἀλωῆς ἐπὶ  
 φύλλων χαμαὶ [βεβλημένων] ὥρα  
 θέρους ἀναπαυομένων] Vulgo ἐπὶ  
 φύλλων χαμαὶ [βεβλημένων] ὥρα  
 θέρους ἀναπαυομένων, quod inele-  
 gans prae lectione, quam sup-  
 peditavit Harleian. Noster au-  
 tem respicit ad Odyss. Δ'. 191.

Αὐτὰρ ἔπη ἔλθῃσι θέρους —  
 Πάντη οἱ κατὰ γενὸν ἀλωῆς  
 οἰνοπέδοισι

φύλλων κεκλιμένων χαμαὶ  
 βεβλήτοισι εὐνοῖ.

Laërten Ulyssis patrem dicit  
 poeta.

<sup>c</sup> Οἱ δὲ μακάριοι [αὐτῶ] ἄνδρες,  
 Vulgo [αὐτῶν] ἄνδρες. Sed re-  
 cte codices, ut edidimus.

Ibid. μακάριοι αὐτῶν ἄνδρες]  
 Conieceram αὐτῶ: sed Codd.  
 habent αὐτῶ, quod Nostro vsi-  
 tatus. M.

*d* ἀμφο-

λευς καὶ αἰχμητὴς ἀγαθός<sup>d</sup>. Ἐπεὶ καὶ ὁ Μενέλαος βασιλεὺς μὲν ἦν, ἔχ' ἤττον, ἢ ὁ Ἀγαμέμνων, μαλθακὸς δὲ αἰχμὴν, καὶ διὰ τῆτο ὀλίγον αὐτῷ μετέδωκε ποιητικῆς εὐφημίας Ὅμηρος. Ὁ γὰρ μὲν Ἀγαμέμνων ἔτος, τί ἦν ἂν ἐπικλεέστερος τῶν ἄλλων, εἰ κατὰ τὸ Ἄργος μένων, γῆν ἀγαθὴν ἔχων, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν αὐτὴν<sup>e</sup> εὐκαρποτέραν τῆς Αἰγυπτίας<sup>f</sup>; Τῆ μὲν γὰρ Ὀδυσσέως ἀκείεις αὐτῆ σερμολογούμενη περὶ τῆς Ἰθάκης.

Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ<sup>g</sup> κροτορόφος,

Φησὶν. Οἶδε γὰρ πρ, ἄτε σοφὸς ὢν, ὅσον διαφέρει

*fortem regemque ducemque.*

Nam et Menelaus rex non minus erat, quam Agamemnon, verum remissior in bello; quae causa est, cur tam parcus in exornandis poetarum more eius laudibus fuerit Homerus. Illum vero, de quo loquimur, Agamemnonem, putasse gloria et estimatione nominis reliquis antestare potuisse, si Argis manere, ubi optimam habebat terram, eam colere, et Aegyptiis, quam habent, foecunditatis laudem praeripere maluisset? Audis ipsum Ulysses, qui his verbis Ithacem suam praedicat:

*Aspera, sed nutritrix hominum bona.*

Minime enim fugit eum, utpote sapientem, longe maiores esse

<sup>d</sup> ἀμφότερον, βασιλεὺς καὶ αἰχμητὴς ἀγαθός.] Homeri ver- sus se sic habet:

Ἀμφότερον, βασιλεὺς τ' ἀγαθός, κρατερός τ' αἰχμητὴς.

Vide Iliad. γ'. 179.

<sup>e</sup> γῆν ἀγαθὴν ἔχων, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν αὐτὴν etc.] γεωργῶν τὴν γῆν, pro γεωργῶν αὐτὴν, cum praecesserit γῆν. vide quae dixi ad XI, 4. Sed sequitur αὐτὴν, adeo ut non opus sit utroque. vnde probabile sit, Maximum primum scripsisse,

vel, γεωργῶν ἀπέφηνεν αὐτὴν εὐκαρποτέραν. vel, γεωργῶν τὴν γῆν, ἀπέφηνεν εὐκαρποτέραν: ut haec duplex Lectio fuerit ex duplicata Editione, ambarum scriptura in Contextum recepta. quod mihi verissimum videtur. Vide praefationem. M.

<sup>f</sup> εὐκαρποτέραν τῆς Αἰγυπτίας;] Vide Plinium H. N. lib. XXI. §. 50. et Dionysium Perieg. v. 241.

<sup>g</sup> Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ] Odyss. γ'. 27.

E 4

Sectio

ὁ τῆς ἀνδρείας καρπὸς ἔτος, πυρῶν καὶ κριθῶν, καὶ εἴ τις ἄλλη ὑποτροφὴ γῆς.

β. Ὅμηρον εἶω· τάχα γὰρ καὶ δυσχεραίναις αὐτῶ λόγῳ προσφερομένῳ ἢ σοι μάρτυρα Φιλοπόλεμον, Βάλει σοι τὰ δεύτερα ἐπ' ἐκεῖνα λέγω τὰ Λακωνικά, ἢ τὰ Ἀττικὰ, ἢ τὰ Κρητικά, ἢ τὰ Περσικά; Τὴν Σπάρτην ἐπαινεῖς, ὡς εὐνομωτάτην. Ὁ δὲ Λυκῆργος ἔσθ' ἄρα ἐπαινετὴ δεήσεται· ὁ γὰρ Ἀπόλλων φθάσει λέγων πρὸς αὐτόν·

Δίξω, ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.  
Ὁ τοίνυν Λυκῆργος ἔτος, ὃν ὁ θεὸς εἰκάζει θεῶ, τιθεὶς τῇ Σπάρτῃ νόμους, συμβαλευσάμενος τῷ Ἀπόλλωνι,

esse fortitudinis fructus, quam aut triticum, aut hordeum, aut si qui alius terrae cibus est.

2. Homerum relinquam; metuo enim, ne parum gratum fit tibi, si testimonio utar hominis, qui plus, quam par est, fortasse bello delectetur. Vis potius post Homerum, Laconum, Atticorum, Cretensium, aut Periarum consideremus rempublicam? Praeclaras videlicet Spartaee leges laudas. Atqui ne eger quidem praeconio tuo Lycurgus; quem prius his verbis Apollo in colloquio cum eo commendauerat:

Quaero, tene deum compellem, hominemue, Lycurge.  
Ille ergo Lycurgus, quem deo similem deus ipse pronunciat, postquam leges ciuibus suis tulit, oraculum Apollinis adiit,

### Sectio β'.

ἢ τῶ λόγῳ [προσφερομένῳ] Le-  
gerim προσφερομένα. Pariter testes  
proferre dicunt Latini. Vide Bu-  
daeum Comment. L. G. p. 357.

Ibid. προσφερομένῳ σοι μάρτυ-  
ρα] Legit *Damisius*, προσφερομένα.  
Dicam ad XXXVIII, 4. M.

ἢ Δίξω, ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι,  
ἢ ἄνθρωπον.] Nonnulli pro dua-  
bus vocibus vltimis habent ἢ ἐ-  
καὶ ἄνδρα. Vide Lambecium  
Bibl. Vindob. lib. VIII, pag. 25.

Oraculum integrum legatur  
apud Herodotum I. 65. Gale-  
num Protr. ad Artes cap. IX.  
Eusebium Praep. Euang. V.  
27, 28. Theodoretum Therap.  
IX. p. 124. ac Themistium Orat.  
XIX. p. 225. Eundem, quem  
noster, versum laudat idem  
Orat. VII. p. 97. et Orat. XV.  
p. 193. Huc etiam respiciunt  
Xenoph. in Apol. Socr. §. 15.  
et Philostratus Vit. Apoll. lib.  
VIII. cap. 7.

κ κατα-

ποῖόν τι πολιτείας ἤθος καταστήσαιο τοῖς αὐτῷ θρέμμασι, ἄρα γεωργικόν<sup>k</sup>, καὶ ταμειυτικόν, ταπεινόν, καὶ γλίσχρον, καὶ ἐργασικόν τὰ σμικρὰ ταῦτα· ἢ ταῦτα μὲν οἱ Εἰλωτες αὐτῷ ἔχουσι, καὶ ὁ ἀνδραποδώδης ὄμιλος, καὶ οἱ περιόικοι Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ καθαρῶς Σπαρτιατικόν, ἄφετον ἐκ γῆς ὄν<sup>l</sup> καὶ ὄρθιον, καὶ πρὸς

vt cognosceret ex eo, quam reipublicae potissimum formam populo suo proponeret; an illam, quae magna ex parte ex agricolis constaret, quae parcam, humilem, restrictamque amplectitur vitam, quae in minutis et abiectis illis actionibus versatur: an potius haec et similia Helotis, seruilique hominum turbae, Lacedaemoniorumque finitimis relinqueret; veros autem legitimofque Spartaе incolas liberos ab omni nexu, intrepidam

*k* καταστήσαιο τοῖς αὐτῷ θρέμμασι, ἄρα γεωργικόν etc.] Pessimè adfecta est longa haec sententia, tam ex Constructione et verbis, quam ex Distinctionibus. si cum cura legas, perspicies, Nominatiuum ἀνκῆρος nullum Verbum habere, et totam periodum nihil concludere. Lege et distingue: συμβουλευόμενος τῷ Ἀπόλλωνι, ποῖόν τι πολιτείας ἤθος καταστήσαιο τοῖς αὐτῷ θρέμμασι; ἄρα γεωργικόν, — καὶ ἐργασικόν, τὰ σμικρὰ ταῦτα; Ista, ποῖόν τι πολιτείας ἤθος etc. sunt verba Maximi Aduersarium interrogantis, non Lycurgi Apollinem consulentis. Pergit Noster ad oppositam partem sententiae, adhuc *quaerens*, ἢ ταῦτα μὲν οἱ Εἰλωτες αὐτῷ ἔχουσι, etc. vsque ad καὶ πείθεσθαι τῷ Θεῷ, post quae Nota Interrogationis ponenda est. Sed quae intermedia sunt, adtentum Lectorem postulant, qui, totam ῥῆσιν percurrens, vi-

debit iterum, Nominatiuum τὸ Σπαρτιατικόν, et omnia ista Appositiva, ἄφετον ὄν καὶ ὄρθιον, τετραγμένον, ματαγμένον, etc. adhuc pendere, et nullum exitum habere, defectu itidem Verbi Substantiui, quod mihi videtur latere sub vltima litera vocis αἰχμῆ· ἐπὶ αἰχμῆ ἢ καὶ ἀσπίδι τετραγμένον. Et iam conexio, ommissis Appositivis, haec erit: ἢ ταῦτα οἱ Εἰλωτες ἔχουσι· τὸ δὲ Σπαρτιατικόν, ἐπειδὴν ἰκανῶς τῆ καρτερειν ἔχη, ἐπὶ αἰχμῆ ἢ τετραγμένον προμαχεῖν τῆς ἐλευθερίας, καὶ πείθεσθαι τῷ Θεῷ; vel, (quia Codices habent πείθεται) καὶ πείθεται τῷ Θεῷ, vt ἔχουσι, et ἢ τετραγμένον. M

*l* ἄφετον [ἐκ γῆς ὄν] Vulgo ἄφετον [ἐγγησον,] quae vox est nihil. Scaliger et Heinsius legunt ἄφετον [ἐνοχῆς.] Sed omnino reponendum ἄφετον ἐκ γῆς ὄν, vt olim monuit Salmasius Epist. III. Harleian. dat ἄφετον [ἐκ γῆς,] quod emendationem

ἐλευθερίαν τεθραμμένον, μαστιγόμενον καὶ τυπτόμενον,  
καὶ ἐν θήραις καὶ ὄρειβασίαις καὶ ἄλλοις παντοδαπῶς  
πόνοις παιδευόμενον, ἐπειδὴν ἰκανῶς τῷ καρτερεῖν ἔχει,  
ἐπὶ αἰχμῇ καὶ ἀσπίδι τεταγμένον, ὑπὸ στρατηγῶ τῷ  
νόμῳ προμαχεῖν τῆς ἐλευθερίας, καὶ τὴν Σπάρτην σώ-  
ζειν, καὶ τῷ Λυκέρῳ συναγωνίζεσθαι καὶ πείθεσθαι

pidam erectique animi gentem, solamque ad libertatem natos,  
flagris verberibusque exercebat, venationibus, montanis itin-  
eribus, aliisque infinitis laboribus virtuti praepararet, donec satis  
iam tolerantiae affluefacti, cum hasta clypeoque, non alium ducem,  
quam legem, secuti, pro libertate pugnarent, Lycurgo auxilium  
ferrent,

viri doctissimi firmat. Vide Iose-  
phum aduers. Apionem II. 31.  
Ibid. ἄφετον ἔγγησον, καὶ ὄρε-  
θιον,] Ita erat in prioribus  
Editt. vnde *Dauisus* olim con-  
iecit ἐκ γῆς ὄν: et sic ante eum  
δ Μέγας, *Salmasius*, Epist. III.  
quae est ad *Petr. Puteanum*,  
Gallice scripta, A. D. 1614.  
vbi miratur, *Heinsium* in Se-  
cunda editione non magis vi-  
diffe circa hunc locum, quam  
in Prima. Confirmatur praeter-  
ea haec emendatio a *Cod. Harleiano*.  
Et tamen restat adhuc  
scrupulus, an Sensus et  
Graecae Linguae ratio admit-  
tant hanc correctionem; quip-  
pe ἄφετος ἐκ τινός dicitur is, qui  
dimittitur ex Re aliqua, in qua  
antea occupabatur, vel Loco, in  
quo prius detinebatur, prout  
innuit Praepositio ἐκ vel ἐξ. sic  
ἄφετοι ἐξ εἰρηλῆς, Longino περὶ  
"rψ. sect. 44. *dimissae ex cauea*,  
vel *carcere*; in quo scil. ante  
conclusae fuerant. hoc vero de  
Lacedaemoniis dici non po-  
test, vt sint ἄφετοι ἐκ γῆς, *dimissi*

EX agricultura, circa quam  
nunquam occupabantur. Rarius  
occurrit vox ἄφετος cum Prae-  
positione. saepius absolute po-  
nitur, vt XXXVI, 3. 5. et ita  
*Philo de Legg. special.* p. 565.  
ἐλευθερον γὰρ καὶ ἄφετον ἔδεν ἐπὶ  
τῶν παρ' ἡμῖν: de *Vino* loquitur.  
alias Genitium adiunctum ha-  
bet, vt *Differt.* III. 9. Appo-  
site Iosephus *contra Apion.* lib.  
II. sect. 31. de Lacedaemoniis:  
οἱ μὲν γε μήτε γῆν ἐργαζόμενοι,  
μήτε περὶ τέχνας πονεῦντες, ἀλλὰ  
πάσης ἐργασίας ἄφετοι, λιπαροὶ  
καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκῶν-  
τες, ἐπὶ τῆς πόλεως διήγον. quem  
locum a *Dauisio* quoque ad-  
ductum video. Omitto Parti-  
cipium ὄν minime necessarium,  
et Compositionem laxam et  
languidam, et *Maximi* dissimil-  
limam. Et quidem *Harleianus*  
non habet ineptum istud ὄν.  
Mibi videtur vox ἔγγης pars  
esse alterius, ἄφετον ἀνάγκης: vt  
sect. 6. vbi vocat labores Agri-  
culturae ἀναγκαίως πόνους, et or-  
ponit eos ἐλευθέροις πόνοις. M.

τῷ Θεῷ<sup>m</sup>. Εἰ δὲ ἐγεώργην Λακεδαιμόνιοι, τίς ἂν ὑπὲρ αὐτῶν Λεωνίδας ἐν Θερμοπύλαις παρετάξατο; τίς ἂν Ὀθρυάδας ἐν Θυρέα ἠρέσειυσεν; Ἄλλ' ἔδὲ Βρασίδης γεωργὸς ἦν, ἔδὲ Γύλιππος<sup>n</sup> ἐκ λήϊς ὀρηθηδεῖς Συρακυσίς ἔσωζεν, ἔδὲ Ἀγησίλαος ἐξ ἀμπέλων ὀρηθηδεῖς Τισσαφέρης ἐκράτει, καὶ τὴν βασιλέως γῆν ἔτεμνεν, καὶ Ἴωνας καὶ Ἑλλάσποντον ἠλευθέρα· ἐκ ἀπὸ σμινύης ὁ Καλλικρατίδας, ἐκ ἀπὸ σκαπάνης ὁ Λύσανδρος, ἐκ ἀπὸ ἀρότερος ὁ Δερκυλλίδας. Θητικὰ ταῦτα, Εἰλωτικὰ ταῦτα ὑπὸ ἀσπίδων σώζεται, τέτων δόρατα ὑπερμαχεῖ, ταῦτα δαλεύει τοῖς κρατῶσι. Αὐτὴ ἢ ἐν ὄπλοις<sup>o</sup> ἀρετὴ καὶ τὴν Ἀθηναίων γῆν ἔτεμνεν, καὶ τὴν Ἀργείων ἐδήσ<sup>p</sup>, καὶ Μεσσηνίς ἐλάμβανεν· ἐπεὶ δ' ἐξέ-

ferrent, deo morem gererent. Quod si agricolae fuissent Spartani omnes, quis unquam ad Thermopylas Leonides pro iis in acie stetitisset? quis unquam Othryades ad Thyream virtutis suae specimen dedisset? Sed nec agricola erat Brasidas; nec, qui Syracusas servauit, recens ex aruorum cultu Gylippus veniebat; nec a vitibus suis Agefilaus, ille, inquam, qui Tissaphernem domuit, terramque regiam populatus est, qui Ionas ipsumque Hellepontum vindicauit; non a bidente Callicratides, non a ligone Lylander, non ab aratro Dercyllides. Serui sunt, Helotae sunt, quos clypei tegunt, pro quibus arma pugnant, qui seruiunt victoribus. Haec est illa militaris virtus, quae agrum Atticum toties vastauit, Argiuorum terram diripuit, Messenios subegit; qua virtute simul ac destitui coeperunt  
Sparta-

τι καὶ [πειθεσθαι] τῷ Θεῷ  
Orationis exitum non video; nam quomodo se gessit Lycurgus, Apolline consulto, num γεωργικόν, ἢ πολεμικόν καταστήσαιτο πολιτείας ἡθός; Vterque codex καὶ [πειθεσθαι] τῷ Θεῷ. Lege [καταπέθεται] τῷ Θεῷ.

ἢ ἔδὲ Βρασίδης — ἔδὲ Γύλιππος] Vulgo ἔδὲ [δ] Βρασίδης —

ἔδ' [δ] Γύλιππος. Sed prior articulus in Reg. et Harleian. non comparet, eaque de causa posterioriorem deleui.

ο αὐτὴ ἢ ἐν ὄπλοις] Melius puto αὐτὴ, haec, vt mox, ἐπεὶ δ' ἐξέκαμεν αὐτὴ. M.

ρ τὴν Ἀργείων ἐδήσ,] Vulgo τὴν [τῶν] Ἀργείων. Nos Harleiano codici paremus.

Seclio



καμιν αὐτῇ τοῖς Σπαρτιάταις, τὰ μὲν ὄπλα ἀπέθεντο  
ἐγένοντο δὲ ἐξ ἐλευθέρων γεωργοί.

γ'. Ἐλεύθεροι Κρήτες πότε; ὅτε ὄπλα εἶχον, ἐπὶ  
ἐτόξευον, ὅτε ἐθήρων. Δῆλοι πότε; ὅτε καὶ γεωργοί.  
Ἐλεύθεροι Ἀθηναῖοι πότε; ὅτε Καδμείοις ἐπολέμησαν,  
ὅτε καὶ Ἴωνας ἐξέπεμπον, ὅτε καὶ Ἡρακλείδης ὑπέλαβον,  
ὅτε Πελασγὸς ἐξέβαλλον. Δῆλοι πότε; ὅτε  
Πεισιπρατίδαι τὸν δῆμον ἐξοπλίσαντες γεωργεῖν ἠνάγκαζον.  
Ἀυθις δὲ ἐπελθόντος αὐτοῖς Σόλῃ Μηδικῆς  
τῆς μὲν γῆς ἐπελάθοντο, ἐπὶ τὰ ὄπλα ἐδραμον, καὶ  
μετ' αὐτῶν τὴν ἐλευθερίαν ἀνελάμβανον. Οὐ γεωργὸν  
Κυναίγειρος τὰς Ἀθήνας ἐλευθέρησεν, ἔκ ἐν ἀμύτῳ Καλλιμάχος  
τῆς Μήδης ἐξέβαλλεν, ἔκ ἐν γεωργοῖς ἐστὶν  
τήγει Μιλτιάδης. Ὀπλιτῶν τὰ ἔργα, μαχομένων τὸ  
κράτος, νικῶντων ἢ ἐλευθερία. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς θαλάσσης

Spartani, armis suis depositis, ex liberis hominibus agricolae facti sunt.

3. Cretenses quando liberi fuerunt? cum arma gererent, cum sagittare gauderent, cum venari. Serui quando? cum agriculturae operam darent. Quando liberi fuerunt Athenienses? cum Cadmeos oppugnarunt, Ionas in colonias miserunt, Heraclidas exceperunt, eiecerunt Pelasgos. Serui quando? cum, ereptis armis, Pisistratidae agriculturae incumbere populum coegerunt. Qui rursus, cum Medorum aduentaret classis, neglecta terra sua, arma in manum sumserunt, armis libertatem suam vindicarunt. Agricola non fuit Cynaegirus, qui Athenas liberauit; neque rusticus Callimachus, qui Medos eiecit; neque agricolis praefuit Miltiades. Ab armatis praeclara facinora eduntur, pugna victoriam, victoria parit libertatem. Vbi rursus

Sectio γ'.

q ὅτε Πεισιπρατίδαι τὸν δῆμον ἐξοπλίσαντες γεωργεῖν ἠνάγκαζον.] Dion Chrysostomus Orat. XXV. pag. 281. D. Πεισιπρατίδης προσάττοντος — ἐν τῇ χώρᾳ διατρίβοντες γεωργοὶ ἐγένοντο Athenienses. Rem fuse narrat Polyaeus

Stratag. lib. I. cap. XXI. quem vide.

r [ἐπελθόντος] αὐτοῖς Σόλῃ Μηδικῆς.] Sic Reg. et Harleian. vulgo ὑπελάθοντος.

Ibid. ὑπελάθοντος αὐτοῖς Σόλῃ Μηδικῆς.] Scribe ἐπελθόντος, XIX, I. ἐπιόντος αὐτοῖς βασιλέως

της ἔδει, χαίρειν τῇ γῇ Φράσαντες, καὶ παραδόντες πυρὶ τὴν ἐκεῖ ἔστιαν, καὶ μόνα ὑπολιπόμενοι τὰ ὄπλα<sup>s</sup>, εἰς τὰς τριήρεις μετακίσθησαν. Ἐπλεε πόλις Ἀττικὴ, καὶ ἠπειρώτης δῆμος, καὶ πλέων ὁμῶς ἐναυμάχει, καὶ ναυμαχῶν ἐκράτει, καὶ κρατῶν εἶχε καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν. Ἐπανῶ καὶ Περικλέα τῆς στρατηγίας, ὅς ἀμελήσας τῶν γεωργῶν, καὶ ὄρῶν τεμνομένας τὰς Ἀχάernas<sup>t</sup>, ἐφύλαττε τὰς Ἀθήνας ἐλευθέρως· μενέσης

mare vocabat, terram hostibus, domos igni remisere, seruatique solum armis, in triremes migrarunt. Totae Athenae nauigabant, gens mediterranea in mari erat, vbi et nauigando pugnavit, et nauali pugna vicit, et vincendo terram suam, suum rursus vindicauit mare. Laudo et Periclem in armis, qui, agricolis neglectis, cum vastari cerneret Acharnas, solis libertatem conseruabat Atheniensi-

ρικῶ σόλῃ. et, ἐπιπλεύσαντος αὐτοῖς βαρβαρικῶ σόλῃ, XXX, 6. Sic etiam Codices. Ἀῦθις vero est *postea*, non *rursus*. M.

<sup>s</sup> μόνα [ὑπολιπόμενοι] τὰ ὄπλα,] Heinsius reponit μόνα [ἐπιλαβόμενοι] τὰ ὄπλα. At apud elegantiores Graecos huic verbo subditur casus genitiuus, licet accusatiuus, postponat Lucas Act. IX. 27. XVI. 19. Nulla tamen opus est mutatione. Vult enim Maximus, Athenienses *praeter arma nihil sibi reliqui fecisse*; qui sensus auctoris menti congruit, vulgatamque lectionem seruant omnes Mss.

Ibid. μόνα ὑπολιπόμενοι τὰ ὄπλα] Heinsius, ἐπιλαβόμενοι, quod merito se non adprobauit *Daviso*. Elegantissima vox est ὑπολιπέσθαι, et dicitur de eo, quod excipitur et quasi *subducitur* ex re aliqua caeteroquin gene-

*rali*. Exemplum hoc habe ex Appiano *Bell. Ciuil.* lib. II. p. 816. ed. *Toil.* οἱ δ' Ἀντώνιον μὲν πρὸ θυρῶν ἀποδιείβειν ἐν δριμύτι Τρεβώνιον ἐξ ἑαυτῶν ὑπελίποντο, Καίσαρα δ' ἐπὶ θυρῶν προκαθίσαντα περιέστησαν, οἷα φίλοι, σὺν κελυβοῖσι ξιφιδίοις. loquitur de percussoribus Caesaris, qui ex toto suorum numero Trebonium solum exceperunt, quem *relinquerent* (ὑπελίποντο, *exceptum relinquerunt*) vt caussando Antonium detineret, ne in Senatum intraret. Ita Athenienses, in periculo Salaminio, caetera omnia, inquit, igni tradiderunt, arma sola, ex communi incendio excepta et quasi *subducta*, sibi *relinquentes*. M.

<sup>t</sup> καὶ ὄρῶν τεμνομένας τὰς Ἀχάernas,] Opinor *παρορῶν*, vel *περιορῶν*, *negligens*, non curans. ita VI, 7. μὴ περιορῶν ὑπ' ἀλλήλων κικημένως. M.

Sectio

γὰρ τῆς ἐλευθερίας, ἢ γῆ μένει, τὰ φυτὰ μένει  
τὰ λήια.

δ'. "Εὰ μοι τὰ Ἑλληνικά, ἴθι ἐπὶ τῆς βαρβαρίας  
Γεωργῶσιν Αἰγύπτιοι, πολεμῶσι Σκύθαι ἀνδρείου τοῦ  
Σκυθικόν, δειλόν τὸ Αἰγύπτιον ἐλεύθερον τὸ Σκυθικόν  
δῆλον τὸ Αἰγύπτιον. Γεωργῶσιν Ἀσσύριοι, πολεμῶσι  
Πέρσαι δαλεύσων Ἀσσύριοι, βασιλεύσιν Πέρσαι. "Ἐπο-  
λέμην Λυδοὶ πρότερον", ἐγεώργην αὖτις Λυδοί· ἐλευ-  
θεροὶ μὲν ὄντες ἐπολέμην, δαλεύσαντες δὲ ἐπὶ γεω-  
ργίαν ἐτρέποντο. Μέτιθι ἐπὶ τὰ ζῶα καὶ γὰρ ἔνται-  
θα ὄψει ἐλευθερίαν, καὶ δαλείαν, καὶ βίον ἐξ ἀρετῆς  
καὶ ἐκ γῆς βίον\*. Βῆς ἀροῖ, ἵππος ἀθλεύει· εἰς  
μεταθῆς τὰ ἔργα, παρανομεῖς περὶ τὴν φύσιν. Τα-  
δεῖλα ποιηφάγα, τὰ ἰσχυρὰ ἀγρευτικά. "Ελαφος πα-

nienfibus: salua enim libertate, salua terra, saluae plantae, sal-  
vae sunt fegetes.

4. Relinque Graecos, et ad barbaros transi. Agricolae  
sunt Aegyptii, milites Scythae; fortes Scythae, meticulosi Ae-  
gyptii. Agricolae sunt Assyrii, milites Persae; seruiunt Assyrii  
imperant Persae. Lydi olim milites erant, postea agricolae fue-  
runt: quamdiu liberi fuerunt, militarunt; cum seruire potue-  
runt, ad agriculturae studium iuerunt. Perge ad animalia  
nam et in iis libertatem inuenies, et seruitutem; vitamque, in  
qua virtus libera locum habet, et vinculum. Bos arat, equus  
certat; quod si eorum opera mutes, naturae iniuriam facis.  
Quae timidissima sunt, vitam herbis sustentant; quae fortissima,  
venantur.

Seçtio δ'.

ἢ Λυδοὶ πρότερον,] Lydos ἐργα-  
τικωτέρως εἶναι, δαλεύειν δὲ, nota-  
uit Socrates apud Aelianum  
V. H. X. 14. Historiam vero  
verbis Iustini I. 7. declarabo:  
Occupato, inquit, in aliis bellis  
Cyro, Lydi rebellauerunt; quibus  
iterum victis arma et equi ad-  
empti, iussique cauponias et lu-  
dicras artes et lenocinia exer-

cere. Et sic gens industria  
quondam potens et manu stre-  
nua, effeminata mollitie luxu-  
riaque virtutem pristinam per-  
didit etc. Vide sis et Herodo-  
tum I. 155. seqq. atque Polyae-  
num Stratag. lib. VII. cap. VI. 4.  
\* [ἐκ γῆς] βίον.] Vulgo ἔργον.  
At nos βίον auctoritate Regii  
addidimus; ἐκ γῆς autem re-  
posuimus, Harleiano iubente,  
probante

Φαγεῖ, λέων ἀγρεύει· σπερμολογεῖ κολοῖος, ἀγρεύουσιν αἰετοί· δ᾽ ἄλλα μὲν τὰ σπερμολόγα καὶ ποιηφάγα, ἐλεύθερα δὲ καὶ ἀγρευτικά γ.

εἰ. Εἰ δὲ καὶ τῆς περὶ Θεῶν μύθου παραδεικτέον, ἢ γεωργός ὁ Ζεὺς, ἢ δὲ Ἀθηναῖα<sup>2</sup>, ἢ δὲ ὁ Ἀπόλλων, ἢ δὲ ὁ Ἐνυάλιος, οἵπερ βασιλεύτατοι τῶν Θεῶν. Ἄλλ' ὅψε μὲν Δημήτηρ γεωργεῖ μετὰ πολλὴν πλάνην, ὅψε δὲ Διόνυσος μετὰ τὸν Κάδμον καὶ τὸν Πενθέα, ὅψε ὁ Τριπτόλεμος μετὰ τὸν Ἐριχθόνιον καὶ τὸν Κέκροπα. Εἰ δὲ καὶ τῆς Κρόνου ἀρχῆς ἐπελαβόμεθα, τίς ἂν ἡμῖν γεωργίας λόγος; Ἄλλ' ἢ δὲ νῦν δεῖ γεωργίας, ἢ γὰρ ἐξέκαμεν ἡ γῆ τῆς καρπῶν αὐτομάτως Φέροσα· Φέρει μὲν

venantur. Herbis ceruus vivit, venatur leo; fruges legunt graculae, aquilae venantur: quae fruges legunt, feruiunt; feruiunt, quae herbis pascuntur; libera sunt, quae venantur.

5. Quod si et fabulis deorum credendum est, neque Iupiter, neque Minerua, aut Apollo, aut Mars, qui inter omnes deos maxime regales sunt, agricolarum more viuunt. Sed fero multosque post errores terram colere Ceres incepit; fero Bacchus post Cadmum, et Pentheum; fero Triptolemus post Erichthonium, post Cecropem. Quod si Saturni regnum videamus, quis vsus ibi artis illius? Quamquam ne nunc quidem eo opus esse video, nec enim plane terra spontaneos ferre fructus desinit: quin

probante vero Salmasio Epist. ad Puteanum III.

Ibid. καὶ ἐκ γῆς βίον.] Hunc locum idem Salmasius correxit eadem Epistola. prior scriptura erat hic quoque ἔγγυς· cui vocem βίον addidit Dauisius ex Cod. Regio. Caeterum, quando Virtutem Equis in Certaminibus adtribuit Noster, memineris, Sophistam et Declamatorem loqui, quod enim Ille Virtutem vocat, aequae est Ne-cessitas in Equo currente, ac in

Boue arante. et hic quoque bene legi potest, καὶ ἐξ ἀνάγκης βίον. M.

γ ἐλεύθερα δὲ καὶ ἀγρευτικά.] Nisi desit Adiectiuum post δὲ, legendum est τὰ ἀγρευτικά, vt τὰ σπερμολόγα. Fieri tamen potest, vt a Maximo fuerit ἐλεύθερα δὲ [τὰ ἰσχυρά] καὶ ἀγρευτικά. vide priorem partem sententiae, vbi duo Adiectiua. M.

Sectio εἰ.

z [ἢ δὲ] Ἀθηναῖα,] Lege [ἢ δ' ἢ] Ἀθηναῖα.

a [Γεωργ-

τροφὴν, Φηγῆς καὶ ὄγχυας· Φέρει δὲ ποτὸν αὐτοφύεον,  
 Νεῖλον καὶ Ἴτρον καὶ Ἀχελῶον καὶ Μαίανδρον, καὶ ἀλ-  
 λης κρατῆρας ἀεννάεος ναμάτων καθαρῶν καὶ νηφα-  
 λίων. Γεωργίας ταῦτα<sup>a</sup> ἔ' πρεσβύτης Ἰκάριος, ἐδὲ  
 Βοιωτίας ἀνῆς, ἢ Θεσσαλικός· ἀλλ' ἥλιος αὐτός, καὶ  
 σελήνη θάλπσσα, καὶ ὄμβροι τρέφοντες, καὶ ἀνεμοὶ  
 διαπνέοντες, καὶ ὥραι ἀμειβόμεναι, καὶ γῆ βλαστάνουσα.  
 Οὗτοι γεωργοὶ ἀθάνατοι ἐγκάρπων σιτίων καὶ δέν-  
 δρων<sup>b</sup>, καὶ μηδὲν ἀνδραπίνης<sup>c</sup> τέχνης προσδεόμενοι.  
 Ταύτην τὴν γεωργίαν ἐδεῖς παύει, ἔ' λοιμός, ἔ' λιμός,  
 ἔ' πόλεμος·

Ἄλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα<sup>d</sup> καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

quin et hodie cibum profert, fagos, pirofque; quin et hodie  
 potum genuinum praebet, Nilum, Istrumque, Acheloum, et  
 Maeandrum, aliosque crateras perennes, qui purum nobis so-  
 briumque suppeditant humorem. Agricola, qui haec coluit,  
 non est senex Icarus, nec Boeotius ille, aut Thessalus; sed sol  
 ipse, sed lunae tepor, sed imbrēs vitales, venti suspirantes, tem-  
 pestatum vicissitudines, terrae foecunditas. Hi sunt immorta-  
 les agricolae, hi sunt, qui fructus arborefque nobis sine villa ho-  
 minum arte suppeditant. Hanc agriculturam nec fames, nec  
 pestis, nec bellum ipsum inhibet,

*Quae sine seminibus curioque haec praebet aratro.*

6. Nam

a [γεωργίας] ταῦτα] Heinsio  
 placet [ὁ γεωργήσας] ταῦτα. Mal-  
 lem [γεωργῶσι] ταῦτα.

Ibid. γεωργίης ταῦτα etc.]  
 Heinsius legit ὁ γεωργήσας. ve-  
 rius mihi videtur γεωργῶσι ταῦ-  
 τα. quod et Cl. Davisio placuif-  
 se video in hac Editione. M.

b ἐγκάρπων σιτίων καὶ δένδρων.]  
 Id est, fructiferorum ciborum et  
 arborum. quod quid sit, expli-  
 cet, qui potest. interea legam,  
 ἐγκάρπων φυτῶν, vt XXV; 4. καὶ  
 γὰρ ἐν τοῖς εὐκάρποις φυτοῖς ὁ μὲν

γεωργὸς τιμειῶς πρόσσεισι: vbi  
 monui, legendum mihi videri  
 ἐγκάρποις: sed vtrumuis satis re-  
 futat ineptum istud σιτίων, XXX,  
 4. θεραπεύεις φυτὸν τὸ δὲ ἀντιθί-  
 δωσι καρπός. M.

c [καὶ] μηδὲν ἀνδραπίνης]  
 Vulgo deest vox prima, quam  
 nos ex Reg. et Harleian. ad-  
 didimus.

d Ἄλλὰ τὰ [γ'] ἄσπαρτα] Sic  
 Harleian. et ipse poeta Odyss.  
 1. 109. quod et Heinsio placet.  
 Vulgo τὰ ἄσπαρτα.

Señio

ς'. Ἐὰν δὲ ἐπιθυμῆς Λιβυκῆ λωτῆ, καὶ Αἴγυπτίων  
 πυρῶν, καὶ ἐλαίας Ἀττικῆς, ἢ ἀμπέλαι Λεσβίας, μετα-  
 τίθης τὴν τέχνην εἰς διακονίαν ἡδονῆς, τὸ δ' ὅλον παρα-  
 βάλλεις <sup>e</sup> πόνους ἐλευθέρως ἀναγκαίοις πόνοις, καὶ ἐλευ-  
 θέραν ἀρετὴν <sup>f</sup> ἀναγκαίᾳ γεωργίᾳ. Οὐ γὰρ εἰρήνην  
 παραβάλλεις πολέμῳ· εἰ γὰρ τοῖστίον ἐστὶν ἡ γεωργία,  
 ἀφελὲ τῆς πολέμου, γεωργῶμεν πάντες· πᾶς τις ῥίψας  
 δόρυ <sup>g</sup>, ἐπὶ σμινύην-ἴτω, ἀριστεύτω ἐν γῆ, κρατεῖτω  
 ἐν γεωργίᾳ, κηρύττωμεν τὸν ἄνδρα τῆς εὐκαρπίας·  
 Οὗτος ἐν ἀνθρώποις νικηφόρος, ἕτος ὁ ἀριστος <sup>h</sup>. Νῦν

6. Nam si lotum Libycam, aut triticum Aegyptium, aut  
 Atticam oliuam, aut vitem Lesbicam desideras; non artem, sed  
 voluptatis studium nobis dicis; nunc denique labores ingenuos  
 cum seruilibus, ingenuam fortitudinem cum seruili confers  
 agricultura. Nec enim pacem confers cum bello: nam si talis  
 est agricultura, tollatur bellum, terram colamus omnes; hastam,  
 qui volet; abiiciat, et ligonem sumat, virtutem in terram con-  
 vertat, excellat inter agricolas, praeconium illi foecunditatis  
 tribuamus:

*Hic homines inter victor, dux maximus hic est.*

Nunc

Sectio 5'.

<sup>e</sup> εἰς διακονίαν ἡδονῆς, τὸ δὲ ὅλον  
 παραβάλλεις etc.] Parum accu-  
 rate hic actum est. Sectio noua  
 non debuit incipere ab istis,  
 Ἐὰν δὲ ἐπιθυμῆς etc. quae de-  
 pendent a praecedentibus, et  
 iis opponuntur: neque con-  
 nexio est vlla inter μετατίθης et  
 παραβάλλεις, sed Sensus plenis-  
 sime finitur in voce ἡδονῆς, post  
 quam ad aliud τοπικὸν pergit.  
 hoc modo: μετατίθης τὴν τέχνην  
 εἰς διακονίαν ἡδονῆς. Sect. 5. τὸ  
 δὲ ὅλον, παραβάλλεις etc. *Vi ver-*  
*bo dicam*: quando comparas  
 Militiam Agriculturae, *compara-*

ras labores ingenuos necessariis  
 et seruilibus laboribus etc. De  
 Phrasi, τὸ δὲ ὅλον, vide ad XVII.  
 II. M.

<sup>f</sup> [καὶ] ἐλευθέραν ἀρετὴν] Sic  
 vterque codex. Vulgo deest  
 coniunctio.

<sup>g</sup> πᾶς τις ῥίψας δόρυ,] Sic Har-  
 leian. et optime quidem. vul-  
 go ῥίψας τις δόρυ.

<sup>h</sup> ἕτος ὁ ἀριστος.] Ita Reg. et  
 editio Stephani. Heinsius, cui  
 fauet Harleian. mediam vocu-  
 lam expulit, vt hexameter esse  
 videretur. Quo iure, nescio:  
 cuius enim poeta fuerit, nec  
 ille dixit, nec ego noui.

MAX. TYR. P. II.

F

ἢ πόλεμον

δὲ μετὰ πάντα πόλεμος καὶ ἀδικίας· αἱ γὰρ ἐπιθυμῖαι πλανῶνται πανταχῶς, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγεύεσθαι, καὶ πάντα μετὰ στρατοπέδων ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἰόντων. Κάλλος ἄδεται γυναῖκος Πελοποννησίας· πλέει βάρβαρος ἀνήρ ἐπ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἰδῆς, ὃ γεωργὸς, ἀλλὰ γεωργῶς ἡμερώτερος, καὶ σχολαιώτερος, καὶ εἰρηνικώτερος, ποιμὴν καὶ βουκόλος. Ἐπιθυμῖαι Καμβύσης τῆς Αἰγυπτίων γῆς· πόλεμον ἢ ἐπιθυμία διανέσθησεν<sup>1</sup>. Ἐπιθυμῖαι Δαρείου τῆς Σκυθῶν γῆς· πολεμῶνται Σκύθαι. Μεταβαίνει ἢ ἐπιθυμία ἐπὶ Ἐρετρίαν καὶ Ἀθήνας· καὶ μετὰ τῆς ἐπιθυμίας οἱ εὐλοιοὶ, Ἐρετρία σαγηνεύεται, ἐπιπλεῖται Μαραθῶν. Ἐπιθυμῖαι ἢ Ζέρξης γυνὴ Θερραπαιδῶν Λακωνιδῶν, καὶ Ἀτθιδῶν, καὶ Ἀργειάδων· καὶ δι' ἐπιθυμίαν γυναῖκος ἐξαετύονται εὐλοιοὶ διαπόντιοι, ἢ Ἀσία ἐξοικίζεται, ἢ Εὐρώπη ἀνίσταται. Ἐπιθυμῶσιν Ἀθηναῖοι Σικελίας, ἐπιθυμῶσιν Λακεδαιμόνιοι Ἰωνίας, ἐπιθυμῶσιν Θεβαῖοι ἡγεμονίας.

Nunc bello omnia, omnia iniustitiae plena sunt; vbique enim cupiditates oberrant, vbique immoderatum habendi appetitum excitant, vbique exercitus, qui alienam terram inuadunt. Celebratur mulieris cuiusdam ex Peloponneso forma: continuo barbarus homo ab Ida vsque ad nauigat, non agricola tantum, sed qui mitiores agricolis esse solent, magisque otio et quiete addicti, magis pacis studiosi, pastor, bubulcus. Terram Aegyptiorum Cambyses concupiscit: bellum excitat illa cupiditas. Terram Scytharum Darius petit: oppugnantur Scythae. Transit Athenis Eretriam cupiditas: et vna cum cupiditate classis, Eretria obsidetur, classe inuaditur Marathon. Lacaenas, Argiuasque, et Atticas ancillas vxor Xerxis desiderat: huius cupiditatis causa transmarina classis instruitur, deseritur Asia, turbatur Europa. Siciliam Athenienses petunt, Ioniam Lacedaemonii, imperium Thebani.

7. O no-

<sup>1</sup> ἢ πόλεμον — διανέσθησεν.] Cur huius sententiae in Praesenti non διανέσθησιν, cum caetera omnia efferantur? M.

Sectio

ζ'. Ὡ ἐρώτων πικροτάτων τῇ Ἑλλάδι, πᾶ τις ἐλθὼν μετὰ ἀσφαλείας γεωργῆ; πᾶ δὲ εὖρη τὸ χρύσειον εἰρήνης πρόσωπον; ποῖον γῆς μέρος ἐραστὰς ἔκ ἔχει;

Ἄσκη χεῖμα κακὴ, θέρει ἀργαλὴ κ.

Ἰωμεν ἐπὶ τὴν Ἄσκη, ἀλλ' αἰγειροφόρος ἢ Βοιωτία<sup>1</sup>. Λιβύη πόρρω μὲν, ἀλλὰ εὐβοτος. Ὑπερόριος ἢ Ἰνδῶν γῆ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἐξεῦρε Μακεδόνα ἐρασην, διὰ πολλῶν γενῶν καὶ πολέμων<sup>m</sup> βαδίζοντα ἐπ' αὐτήν. Ποῖ τις τράπηται, πᾶ τις εὖρη γεωργίαν ἀσφαλῆ; Πάντα μετὰ πολέμων, πάντα ὄπλων. Τοιγαρῶν,

7. O noxias vehementer Graeciae cupiditates! quem dabis locum, vbi secure agricultura exerceri possit? aut vbi aureum tandem pacis vultum inuenies? quae pars terrae non abs aliquo petitur?

*Askra aestate grauis, hyeme est infesta:*

At populis abundat Boeotia, eatur ergo Ascram. Libya remota est, sed pasturae pecudum idonea. Remotissima est Indorum regio, nec minus amatorem suum inuenit Macedonem illum, qui post multas alias gentes, post multa bella, eo tandem peruenit. Quo abire vis, vbi securam tutamque agriculturam inuenias? Omnia bellis, omnia armis plena sunt. Quamobrem,

*Hoffman*

*Sectio ζ'.*

k [θέρει] ἀργαλὴ<sup>k</sup>] Vulgo θέρος. Vterque vero m. a nostra lectione stat, eamque seruant Hesiodus Op. et Dier. v. 640. et auctor Certaminis Homer. et Hesiod. p. 1.

l Ἰωμεν ἐπὶ τὴν Ἄσκη<sup>l</sup> ἀλλ' αἰγειροφόρος ἢ Βοιωτία.] Heinsius haec verba censet esse transposita; quare legit: ἀλλ' αἰγειροφόρος ἢ Βοιωτία Ἰωμεν ἐπὶ τὴν Ἄσκη. At verborum situ mutato, sensus ipse, nisi fallor, peruertitur. Quaerit Maximus, vbi quis agriculturae se dedat, nec armorum strepitu terreatur. Proponit igitur loca minime

foecunda, neque tamen agricolae sedes tutas inuenit; sunt enim, quae facere queant, vt vel hae terrarum partes ab aliquo petantur. Sic Ascra, prout dixit Hesiodus, est χεῖμα κακὴ, θέρει ἀργαλὴ. Hunc certe locum nemo cupiet, itaque Ἰωμεν ἐπὶ τὴν Ἄσκη. Immo vero, respondet, est, quod inuasorem adliciat; nam Boeotia, cuius Ascra vicus est, ob αἰγειροφορίαν celebratur.

m [διὰ πολλῶν γενῶν καὶ πολέμων] Vel πολεμίων. Recte vero γενῶν: idem quod Ἰνδῶν, gentes, populos. Aristides in Romae *Encom.* p. 222. ἐν τοσούτοις ἀγρι-



Εὖ μὲν τις δόρυ ἢ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,  
 Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ἀκυπόδεσσι.

Καλὸν ἢ γεωργία, καλὸν, εἰ μείναι δυνήθῃ, εἰ σχολῆς  
 τύχη, εἰ φυλακὴν ἔχη· δέδια δὲ τὸ μὴ τοιαῦτον ἢ  
 τὸ καλόν, τὸ τῆς πολέμου κινῆν καὶ τὰς σάσεις. Λέγει  
 τις παλαιὸς ἀνὴρ· «Μάλιστα γὰρ τῆς γῆς, φησὶν, ἢ ἀεὶ  
 ἢ αἰεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων ἐλάμβανε τὴν  
 ἡγεῖν Ἀττικὴν, διὰ τὸ λεπτόγεων εἶναι, ἀσασίασιν ἔσαν,  
 ἀνθρώποι ὅκην οἱ αὐτοὶ ἀεὶ.» Ἀκήκοας, πῶς πό-  
 λεμος γίνεται. Μὴ γεώργει, ἀνθρώπε, εἰ τὴν γῆν ἀκα-  
 λώπισον, αὐχμῶσαν· σάσει κινεῖς, πόλεμον κινεῖς.

*Hastam quisque sibi, clypeumque in bella parato,  
 Cornipedisque tui passu praesepia comple.*

Res praeclara est agricultura; praeclara, fateor, si manere pos-  
 sit, si otium impetret, si ab alio custodiatur: nunc metuo, ne  
 haec ipsa res tam praeclara sit, quae ubique bella, quae seditiones  
 excitat. Ait antiquus quidam scriptor, *terram uberrimam  
 maxime incolarum vicissitudini esse obnoxiam; Atticam contra,  
 quod sterilis esset, sine ullo motu ab iisdem hominibus habitam  
 esse.* Audisti, quo pacto bella oriri soleant. Caue agrum tuum  
 colas, quisquis es, mi homo, desertam incultamque terram re-  
 linque tuam; nisi velis contentioni ansam dare, nisi velis ex-  
 citare bellum.

## DISSERT.

μοῖς καταλόγων τε καὶ γενῶν, ὧν  
 εἰδὲ τὰ ὀνόματα ἐξευρεῖν βῆδιον.  
 Vide et Nostrum XXIII, 5. et  
 Lucianum in *Macrobo*. p. 467.  
 vbi pro ἔθνος ex Mf. *Graevius*  
 restituit γένος: quem vide. At  
 in eadem pagina, paullo infra,  
 pro μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθ-  
 νῶν etc. restitue μακροβίων τινῶν,  
*longaevis aliquot*, scil. Nestore  
 et Tiresia; de quibus supra  
 egerat. M.

ἢ εὖ μὲν τις δόρυ] *Iliad*. v. 382.  
 ο δέδια [δὲ τὸ] μὴ [τοιαῦτον]  
 Reg. δέδια [δέ τῃ] μὴ [τοιαῦτο.]

Harleian. δέδια [δέ τῃ] μὴ [τοιαῦτο]  
 Rescribendum puto: δέδια [δὲ  
 ἐγώ,] μὴ [τοιαῦτο] ἢ τὸ καλόν, τὸ  
 τῆς πολέμου etc.

Ibid. τοιαῦτον ἢ τὸ καλόν,] Ab-  
 vndat τὸ, et ablegandum puto.  
 Concedo, inquit, Agriculturam  
 esse καλόν, si stabilis sit: metuo  
 vero, ne istud recte dici possit  
 καλόν, quod seditiones et bella  
 excitat: δέδια δὲ τοι (Mff. enim  
 δέ τῃ) μὴ τοιαῦτο ἢ καλόν, τὸ τῆς  
 etc. δέ τοι, vt XXX, I. εἰ δὲ τοι  
 καὶ τοιαῦτο δέοι. M.

p. «Μάλιστα — οἱ αὐτοὶ ἀεὶ.»  
 Verba